



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

13. Bonum consistit in tribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Ast homini ratione regi, Triademque tueri ;
 Quid melius possit , nobiliusque dari ?

*Inter gradus essendi supereminet intellectivus , quo nobilior dari non potest , utpote Deo
 conveniens.*

SYMBOLUM 12.

*Triplicis animæ vegetativæ operatio, Generatio, Nutritio, Aug-
 mentatio.*

ICona spectastis Triados, rationis in arce ;
 En animæ triplex inferioris opus.

Hæc vivens generat , genitum post nutrit & auget ,
 Incrementa addens partibus æqua suis.

Tu Pater es Generans , das incrementa bonorum
 Spiritus alme , tuo Corpore Nate nutris.

SYMBOLUM 13.

Bonum consistit in tribus ,
Modo , specie , ordine.

ESt a Patre modus, species ab imagine Patris ,
 Ordo sed a Sancto Flamme flante datur.

Absque modo, specieque, bonum, seu ordine, nullum est
 Mensurâ, numero, pondere constat idem.

ATriade omne bonum manat ; quo fonte , creati
 Modus , ac species, & fluit ; ordo , boni.

*Beda Rom. 11. Omnia autem quæ arte Divinâ facta sunt & unitatem quam-
 dam in se ostendunt , & speciem, & ordinem. Oportet igitur ut Creatorem
 per ea , quæ facta sunt, intellectum conspicientes, Trinitatem intelligamus,
 cujus in creaturâ, quomodo dignum est, apparet vestigium.*